



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

CXLII. Markgraf Ludwig bestätigt dem heil. Geist - Kloster die  
Catharinenkirche und vereignet demselben die Perwermühle, am 20. Mai  
1351.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

magnificorum principum Marchionum Brandenburgensium felicitis recordationis, nostri, heredum ac successorum nostrorum animarum memoriam, dedimus, donauimus et presentibus damus et donamus Magistris Gylidarum Pannicidarum Ciuitatis nostre Soltwedel presentibus et futuris, etiam ob id, quod ipsorum numero et collegio aggregeremur et omnium honorum operum ipsorum participemur, in villa kerkow prefectum cum omni iure, cum decem solidis denariorum Brandenburgensium annuorum reddituum singulis annis in festo beati Martini ex eiusdem prefecti curia precedentibus, quartam partem Jurispatronatus Ecclesie parochialis ville eiusdem cum quarta parte Iudicii supremi et infimi in villa et limitibus ac distinctionibus, in lignis, pratis, aquis, paludibus, pascuis, piscaturis, agris cultis et incultis eiusdem ville situatis, in Curia heynonis Bernardi ibidem sex denariis Soltwedelensibus cum duobus denariis Brandenburgensibus et sextam partem decime, In curia hermanni molendinatoris Octo denarios branden. cum sex denariis Soltwedelensibus, seruitium de vno manso cum medietate decime, quas quidem singulas predictas Gereke de kerkow prudentibus viris Nycolao Gotschalci et Arnolde Kletzken, ciuitatis nostre Soltwedel ciuibus, fidelibus nostris dilectis, ad vsum et vtilitatem Gylde pannicidarum Ciuitatis nostri pretacte vendidit et resignauit, velud in literis suis sigillo suo vidimus sigillatas, per magistris Gildarum pannicidarum presentes et futuros et Gylam Ciuitatis nostre prenotatam, singulis annis debitis et confwetis solutionum terminis, ut premittitur, debite proprietatis titulo percipiendos et sine impedimento quolibet quiete et pacifice perpetuis temporibus possidendas. Renunciantes pro nobis, heredibus et successoribus nostris omni iuri, accioni ac impetitioni, que uel quas nobis in premissis partibus competebant, competunt seu competere poterunt aequaliter in futurum. In cuius testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Presentibus Nobili viro Gunthero Comiti in Swarczburgh et domino in Spremberg strenuisque viris dypoldo heel, marschalco nostro, Wilhelmo Bombrecht, pincerna nostro, militibus, necnon hempone de Knysebeck, wernhero, henrico et Wernhero de Schulenborch et Geuehardo de Aluenfleuen cum ceteris pluribus fide dignis. Datum in Ciuitate nostra Soltwedel, Anno domini Millesimo Tricentesimo Quinquagesimo primo, feria quinta proxima post festum Philippi et Jacobi Apostolorum beatorum.

Nach dem Original im Archiv der Stadt Soltwedel, Fach 14, No. 17.

Ann. Die grammatischen Unrichtigkeiten, wie littoris sigillatas und que uel quas sind in der Urschrift enthalten.

CXLII. Markgraf Ludwig bestätigt dem heil. Geist-Kloster die Catharinenkirche und vereignet demselben die Perwermmühle, am 20. Mai 1351.

Ludouicus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio — Vniuersis Christi fidelibus — ideo donationem juris patronatus parochialis ecclesie B. Catharine virginis in noua ciuitate nostra Soltwedel situate per excellentem principem Agnetem quondam magnifici principis Woldemari, Marchionis Brandenburg. etc., deinde Ducis Ottonis Brunswicensis conthoralem Ducissam Brunswicensem felicitis recordationis deuoto collegio Canonicorum regularium monasterii S. Spiritus prope ciuitatem nostram Soltwedel situati suis priuilegiis facta salubriter moti cum sana deliberatione pretactam donationem — ratificamus — sic quod jus patronatus predictae ecclesie cum suis pertinenciis, iuribus et conditionibus ut premittitur predicto preposito et

collegio Canonicorum regularium monasterii supradicti debeat sine nostri et heredum nostrorum obstaculo quolibet perpetuo pertinere. Etiam ob jugem et perennem — memoriam dedimus et presentibus donamus preposito et collegio Canonicorum — Molendinum in villa Perwer situm debite proprietatis titulo perpetuis temporibus pacifice possidendum. Renunciantes pro nobis — —. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes vero hujus sunt Nobilis vir Guntherus Comes de Swartzburgh et dominus in Spremberg, strenuique viri Dypoldus Heel, Marschalcus noster, Wilhelmus Bombrecht, pincerna noster, Johannes pincerna de Vlechtingen, milites, Hempo de Knesebeck, Wernherus et Wernherus, Henricus et Henricus de Schulenborch, famuli, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum in ciuitate nostra Soltwedel, anno domini millesimo tricentesimo quinquagesimo primo, feria sexta ante diem B. Urbani.

Gercken's Dipl. I., 226—228.

CXLIII. Markgraf Ludwig überläßt dem Thidekin Arnberg, Bürger in Salzwedel, 1 Mark Silber jährlicher Renten aus Zietenitz dafür, daß er dem Conrad von Rydeburg ein Pferd bezahlt hat, am 3. Juni 1351.

Nouerint vniuersi tenorem presentium inspecturi, Quod nos Ludowicus, dei gracia Brandenburgensis et Lusacie marchio, Sacri Romani imperii Archicamerarius, Comes Palatinus Rheni, Bavarie et Karinthie dux, Tirolis et Goricie comes, nec non Aquilegiensis, Tridentinensis et Brixinensis Ecclesiarum aduocatus, dedimus, donauimus et presentibus damus et donamus discreto viro Thidekino dicto Arnberch, Ciuitatis nostre Soltwedel cini, fideli nostro dilecto, suisque veris et legitimis heredibus vnam marcam argenti Brandenb. annuorum reddituum de quatuor mansis, in curiis Sytenitz situatis, nobis annuatim libere deriuantem, debite proprietatis tytulo pacifice possidendam, Sic quod eandem marcam annuorum reddituum nostro cum consensu vendere, donare seu legare poterint personis quibuscumque in dominio nostro residentibus, pro ipsorum beneplacito voluntatis. Pro qua quidem donatione dictus Thidekinus nostri nomine strennuo militi Cunrado de Rydeburg caballum, decem et octo marcas argento Brandenb. valentem beniuole erogauit. Renunciantes pro nobis et heredibus nostris omni iuri, accioni et impeticioni modo quo premittitur, que nobis in premissa marca argenti Brand. annuorum Reddituum competebant aut competere poterunt aliquantulum in futurum. In cuius testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes vero huius sunt strennui viri diepoldus hele, marschalcus noster, wilhelmus Bombrecht, pincerna noster, Bertholdus de Ebenhusen, Coquine nostre magister, milites, hempo de Kniesbek, heinricus wernherus longus et wernherus breuis et henrygus dicti de Schulenborg, Cum ceteris pluribus fidedignis. Datum in Ciuitate nostra Soltwedel, feria sexta ante festum penthecosten, Anno domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo primo.

Nach dem Original im Archiv der Stadt Salzwedel, Fach 17, No. 3.